

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Philippi Phinellæ De Revolvtionibvs Annorvm**

**Phinella, Philippus**

**Antverpia, 1650**

De Ioue. Caput VII.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-3564**

imo discordias cum suis amicis, & cum suis proprijs consanguineis

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Martis, id est vbi Mars erat tempore Natiuitatis, præmonstrat natum facturum itinera, habiturum bonam familiaritatem cum fratribus, & amicis, faciet multa negotia, & sua consilia æquiboneque facient ab hominibus.

Sed si Saturnus tempore revolutionis reperietur in loco vbi tempore natiuitatis erit Sol, & ille esset in ascendenre, vel tamen esset cum parte fortunæ illo anno dabit nato impedimenta, angustiam, & ansietatem causa locorum, Ciuitatum, & Regnum; nec non vitiositates cum iniurijs, & præfertim causa mulierum sentier maximas vexationes, & tristitias.

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Veneris, huiusmodi revolutionis anno faciet itinera, & se pè sua mens erit in cogitationibus libidinosis, qna de causa noctu sèpè pollicetur.

Si Saturnus tempore suæ revolutionis erit in loco Mercurij, illo anno patietur diminutionem inselle etus, prauitas, & malitia augetur, se diversis, varijsque periculis exponer, & si quædam ex his revolutionibus cadet in tempore maturo sene & utris afferer ei maximam mestitiam, & feruentes cogitationes.

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Lunæ afferet damna notabilia causa mulierum cum perioris submersionis, & præfertim frigidorum morborum.

## De Ioue. Caput VII.

**Q**uando Iuppiter revolutionis tempore erit in loco, vbi reperiatur Saturnus tempore natiuitatis, hominem reddet illo anno avarum, & tenacem, & in genere in omnibus suis actionibus, & petitionibus erit auidus, & dabit etiam hoc tempore reconciliationes aliorum amicorum.

Quando Iuppiter erit in suo loco, id est vbi fuit radix suæ natiuitatis præbebit diuitias, & disiderium, colendi partes ante hac non cogitatas.

Quando reperiatur in loco Martis denotat habiturum substantias itinerum causa, sicut etiam causa armorum, & hominum Militarium.

Quan-

## 2.2 De Reuolutionibus Annorum.

Quando Iuppiter erit in loco Solis, significat natum paucorum pericula mortis, & debet tali tempore cauere ad agitacionem, quia erit grauis.

Quando Iuppiter tempore reuolutionis erit in loco Veneris, indicat gaudia, & lœtias, & adepitionem magnam familiaritatis dabit bona salutem corporalem, & bonam famam.

Quando erit in loco Mercurij, ingenium nati augetur, sicut & intellectus, sapientia, & sagacitas, est in omnibus faciet bona, & magna negotia.

Quando Iuppiter tempore reuolutionis erit in loco Lunæ significat natum esse felicem, & fortunatum; multa bona fortunæ adipiscetur, corpore bene valebit, & erit magnanimus, & liberalis:

## De Marte . Caput VIII.

Quando Mars tempore reuolutionis erit in loco Saturni, nato impeditur, & debilitabuntur vires, ita ut illo anno nil bonè faciet.

Quando Mars erit in loco Ionis, in anno illius reuolutionis dabit itinera valde fortunato, est fructuosa, habebit bonâ fortunam natus præsertim causa animalium.

Quando Mars erit in suo proprio loco, idest ubi fuit in radice suæ nativitatis, & preciè esset in uno angulorum; illo anno fortunabitur causa militie, & hominum militarium.

Quando Mars tempore reuolutionis erit in loco Solis, denotat tristitia labores, & morbo calida. Et si dictus Mars erit in signo violenti, aut communi, tali anno mortalibus morbis afficietur.

Quando notitia naturæ, & qualitatum signorum haberi vult, adeant meum opusculum sub titulo Speculi Astronomici; nam ibi abūanter de eis dissertum est.

Si Mars tempore reuolutionis erit in loco Veneris, illo anno augetur nato libido; magnis curis, est laboribus mulierū causa afficietur, & morbum patietur ob irregularatas crapulas, & libidines.

Quando Mars tempore reuolutionis erit in loco Mercurij, illo anno plus solito exercebitur in ludis, erit natus, mendax, & præfertim maximas iacturos faciat tam suorum, quam fratrum bonorum.

Quan-

